

Cetus, ille censetur, qui in signo ac signi gradu, plures habuerit authoritates essentiales, ut si 6. gradus. & in figura diurna ascenderet, Venus ibidem haberet dignitates essentiales. 5. ratione domiciliij sui. & uero 9 ratione exaltationis triplicitatis & termini. Cæteros omnes vincens. Sic & Almuten siue dominator ascendentis censetur. Isto etiam modo in alijs operandum erit. Dux autem thematis est, qui in toto themate potiores & plures obtinet authoritates cum essentiales tum accidentales. Sunt autem authoritates essentiales. Domus exaltat, triplicitas. Terminus & facies. Accidentales autem ut in M. C. 12. in ascendentे undecim iuxta Canonem sextum huius. Dux igitur is est, qui plures ex ijs obtinet authoritates ac fortitudines. Sol tandem secundum aliquos & & in duces & dominatores particularium rerum non eliguntur, cum domini totius sint. Quomodo autem dominatores siue Almuten natuitatis, Item gubernatores anni uel quartarum eius, etiam Eclipsum, Item coniunctionum, oppositionum & quadraturarum extrahi oportet, suis aperietur locis.

Quam Zodaici mansionem Luna peragret, patfacere. **Canon XLII.**



Vantam uetusissimi huius artis scriptores stellis fixis uim tribuerint, uel ex hoc apparet, quod totum Zodiaci circulum in 28. mansiones divisorunt, nominaque, naturas, ac proprietates eisdem ab ipsis stellis indicaverunt. Cum itaque Luna ob propinquitatem, quam ad ista inferiora habet, præ cæteris obseruanda sit, in qua mansionum collocanda sit, facilime perspicieatur. Nam singularum mansionum initia suis queaque nominibus in tabula sequenti expressa uidere licet, quarum quilibet usque ad initium proxime sequentis mansionis extenditur. Quare & initia & fines cum nominibus singularum mansionum, eius subiecta tabula solo intuitu facile disces. Vbi igitur uerum locum Lunæ ex Ephemeride aut tabulis astronomicis compertum habueris, facile definies adminiculo numerorum huius tabulae, quam Luna inter coelestia sidera mansionem occupet.

**H ij Tabula**